



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kaland in Bernau Hebungen aus dem
Dorfe Mehrow, am 31. Oktober 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](#)

VI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kaland in Bernau Hebungen aus dem Dorfe Mehrow,
am 31. Oktober 1345.

Noverint universi tenorem presencium inspecturi quod nos Ludewicus, Dei gracia Brandenborgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, Bavarie etc. pretendentes sollicite, quod status et vita sit labilis et in celesti iherusalem solummodo sit quies et habitacio sempiterna, ob remedium et memoriam perpetuam magnificorum principum Marchionum Brandenburgenium bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum et posterorum nostrorum appropriamus per presentes et appropriare decreuimus discretis et honestis dominis presentibus et succendentibus fratribus Calendarum ecclesie civitatis nostre Bernow tria fructa annuorum redditum sita in censu ville dicta mere eo jure, libertate, gracia sive commodo, quibus dictos redditus discretus vir Tyle dictus Brukke, Ciuis in Berlin, nobis dilectus, possegit, tenuit et habuit, altari ad quod ipsas deputauerunt, assignauerunt vel dederunt iusto proprietatis titulo perpetue pertinenda, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri et accioni, quod vel que nobis in predictis redditibus competebant vel competitissent aliqualiter in futurum. Testes uero huius sunt strenuus vir Ffredericus mutener curie nostre magister, Albertus de Wulffsteyn et Bartoldus de Euenhusen, Coquine nostre magistri, milites, cum ceteris pluribus sive dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Berlin, Anno domini M°. CCC°. XL°. quinto, feria secunda, vigilia omnium sanctorum.

Aue einem Transsumte des Probstes Nicolaus von Bernau vom 22. April 1422.

VII. Markgraf Ludwig genehmigt, daß Probst Gerwinus zu Bernau den Bürgern Nicolaus Raven und Henning Schönfelt Hebungen im Dorfe Ladenburg verpfändet,
am 29. Dezember 1346.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Ad obligationem reddituum ville Iodenburg, quam honorabilis vir dominus gerwinus, prepositus Bernowensis, quem meritorum suorum consideratione specialiter prosequimur, discretis viris nycolao rauen et hennyng Schöneuelt, ciuitatis nostre bernowe ciuibus, obligauit, nostrum consensum adhibemus presentibus et assensum sic, quod dicti nycolaus et hennyngus seu ipsorum heredes dicte ville redditus tamdiu possidere debebunt nomine pignoris, quoque de veris redditibus ipsius, quorum prime solutionis terminus instabit in festo beati Martini proxime venientis et deinde continuando debitibus solutionum terminis prefato domino gerwino viuente seu decedente XXX marcas arg. Brand. sub defalcationis tytulo excepérint integraliter et complete, quas prefatus gerwinus ipsi pro certis suis debitibus assignauit. Mandantes officiatis nostris presentibus seu qui pro tempore fuerint, ut memoratos nycol. et hennyngum seu ipsorum heredes ante plenariam satisfactionem, ut premittitur, non impediāt nec finant per quempiam impediri. In cuius. Datum Brandenburg, anno XLVI, feria VI ante circumcisionem domini.

Item sub similibus verbis data est preposito litera super Jo. diuitem, Copkinum de rode et Jo. Blok.

Nach dem Copialbuche des M. Ludw. des Alten, betr. die Vogtei Barnim No. 33.